Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



96

fantasias imaginum corporalium a cogitatione conpescat.
Sicam omnis carnis sentiatur spiritus a oculis cordis amoueat.
Adhuc tamen in carne mortali posita uidere gloriam dei non
ualet sicut est. Sed quidquid de illa est quantum in me resplendet si
militudo et non ipsa est; Unde et ille predicator quartus ad
sergum caelum fuerat dicebat; Videmus nunc per speculum in enig
mate; Quanta non despicienda nobis quaesiuo orta; Quomodo
iohannes euangelista cum ergo miracula redemptoris nostri
uideor, prophetia alia euentu prophetiae descripsisset adiungit
dicens; Haec dixit esaias quando uidit gloriam eius et locutus est de eo;
Item ezechiel non gloriam sed gloriae similitudinem uidit.
Quidem quid esse similitudinem gloriae et ille eius gloriam uidisse
se descripsit. Sed cum iohannes euangelista prius miracu
la redemptoris nostri narrauit atque; infidelitatem per modum
uideor subdidit. Hanc eiusdem redemptoris nostri gloriam quae
in mundo apparuit. Esaias uidisse manifestat; Omne igitur
quod in ergo mirae diuinitatis agit gloria omnipotentis dei est. et eius
gloria in omnibus factis uidetur; Esaias ergo eius gloriam in ergo
uidit. Ezechiel autem eius gloriam in caelo sicut est uidere non potuit.
Quia aliter est gloria eius in se; factis. atque; aliter in semetipso;
Haec ergo eius gloria quae in se est uidere non potest. Illam uero quae
in ipso est uidere modo nisi per similitudinem non potest;